N. 3176.

CURRENDA XIV.

A. D. 1879.

N. 128/præs.

ALLOCUTIO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

HABITA DIE 12. MAJI 1869. ad S. R. E. CARDINALES IN AEDIBUS VATICANIS.

Venerabiles Fratres!

Dives in misericordia Deus, qui ita res humanas temperat ut laeta moestis, jucunda acerbis admisceat, dignatus est humilitatem Nostram, communium aerumnarum cogitatione tristem, quibusdam recreare solatiis, ex eo potissimum tempore quod post allocutionem quam novissime ad Vos habuimus, effluxit.

Profecto haud excidit e mentibus Vestris eorum recordatio, quae tunc a Nobis dicta sunt, quum Venerabilis Fratris Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum electionem seu postulationem confirmavimus, spem expromentes fore ut ii, qui Othomanici Imperii res moderantur, facile inducerent animum ut catholicis suae ditionis subditis plene et cumulate tribuerent, quod jus et aequitas postularet. Jamvero quod spe et votis prosequebarum, id benignitate faventis Dei, et justitia supremi Principis qui illi praeest Imperio feliciter evenisse gratulamur.

Ac primum ipse, quem memoravimus, Patriarcha Babylonensis Chaldaeorum rite electus et a Nobis confirmatus, civili Diplomate, uti mos est, communitus fuit, quo tamquam caput Chaldaicae gentis publice agnitum, liberum adeptus est exercitium jurium omnium et praerogativarum, quibus Praedecessores ejus pro sua dignitate potiti et usi fuerant.

Quod prospere gestum alia laetiora sequuta sunt; ille enim qui illegitimo tramite ad

episcopalem sedem Zachuensem pervenerat, et paulo post patriarchalem dignitatem affectaverat, aliique ex monachis et ecclesiasticis viris, qui socii defectionis ejus fuerant, sincera et humili declaratione sese huic Apostolicae Sedi subiicientes, pristinum errorem multa cum laude emendarunt. Ex quo Nobis spes affulget extinctum penitus ac deletum iri schisma luctuosum, quod catholicos Chaldaeos, Mesopotamiam incolentes, dudum afflixerat.

Quum porro ob eam rem singulari animi laetitia merito afficeremur, aliam Nobis gaudii causam attulit finis quaestionis asperrimae, quae inter Jacobitas haereticos et catholicos Mausilienses Syriaci ritus exarserat. Novistis enim, Venerabiles Fratres, haereticos illos in rem suam vertentes brevem quamdam dissensionem, inter Patriarcham catholicum Syrorum et civile Gubernium exortam, armata vi repente ecclesias invasisse, quae jampridem pacata possessione a catholicis tenebantur, ac justis deinde et assiduis istorum expostulationibus, potentiorum quorumdam opibus et gratia fretos, pertinaciter restitisse. Nuper tamen quum justitiae vocibus ad imperialem aulam facilis patuisset aditus, ejusque rei judicatio permissa esset arbitratui virorum nobilium, qui pro Gallico et Britannico Gubernio apud supremum Othomanici imperii Principem legatione funguntur, aequissima lata est sententia, quae catholicorum juri, uti par erat, satisfecit. Cujus victoriae gratulatio ideo Nobis jucundior accidit, quod plures Jacobitarum familiae, quae Mardenium accolunt, ad antiquam majorum fidem reversae fuerint, aliaeque multae haud obscuris portendant indiciis se illarum exemplum imitaturas.

Sed quamvis ea quae diximus pergrata Nobis obvenerint, praecipuum tamen solatii fructum cepimus ex optatissima rerum conversione, quae in Armeniorum gente facta est. Nolumus quidem, Venerabiles Fratres, hujusce eventus laetitiae quidquam detrahere, ea recolentes, quae plerique ex Armeniis catholicis, cum egregiis Pastoribus suis, huic Cathedrae veritatis adhaerentes, per novem annos fortiter perpessi sunt, eorum fraude et invidia, qui officii immemores a catholica unitate desciverunt. Hi namque calumniis fratres innocentes aggressi, falsam hanc opinionem eorum animis, qui reipublicae praeerant, ingerere conati sunt; scilicet hujus Apostolicae Sedis auctoritatem et magisterium debitam politicae potestati fidelitatem imminuere, cives Othomanico subjectos imperio a sui Principis obsequio avertere et ad exteri Principis obedientiam transferre; atque adeo ipsis gentium juribus et prosperitati adversari. — Quo nihil magis est absonum et a veritate alienum; Christi enim Ecclesia aeternam animarum salutem unice spectans, hanc supernaturalibus praesidiis quibus divinitus instructa est, ubique provehere nititur ac tueri. Non tamen idcirco civilis societatis rationem aut ordinem perturbat, neque terrenorum principum auctoritatem infirmat: quin imo Apostolicis verbis edocta, sublimioribus potestatibus omnem animam jubet esse subjectam, *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*; exploratumque est populos tanto fideliores Principibus suis existere, quanto magis incorruptam fidem, Ecclesia duce ac magistra, Deo servare assueverint. — Deocet insuper ratio et testatur historia, communia vincula, queis unius gentis homines invicem junguntur, catholica religione firmari et solidari: ex quo publica rognorum tranquillitas et alia magni momenti commoda quae ex ea solent derivare, quammaxime vigent atque proficiunt.

Verum in iis refellendis mendaciis, quae luctuoso dissidii tempore simultas et odium gignebant, immorari non juvat, quum hujus agendi loquendique rationis eos ipsos poenituerit, qui commentis et calumniis defectionem suam tueri nitebantur. Namque ex his non defuerunt, qui ad meliorem frugem reversi et quae male gesserant detestati, facto suo luculenter professi sunt, veritatem, justitiam, felicitatem solidam in materno Ecclesiæ gremio esse quaerendam. Quare obducto caritatis velamine iis quae perperam dicta vel acta fuerunt, gestire potius cum caelesti Patrefamilias Nos decet, quod ii qui mortui fuerant revixerint, et qui perierant inventi sint. — Inter eos porro qui reversione sua gaudium Nostrum cumularunt, illum imprimis commendatum volumus, quem ducem et caput secessionis ii qui defecerant constituerunt; magni enim fortisque animi nobile ac arduum praebens exemplum, lapsum se palam fateri non erubuit, honores et officia non jure quaesita sponte abdicavit, errorem suum salutari poenitentia curavit expiandum; tum ita actus moresque composuit, ut sincerae conversionis aperta praeferret indicia; ad Nos demum accedens subjectionis et obedientiae illustria exhibuit argumenta. Quare et clementer agendum cum eo duximus, et praeter usitatum disciplinae ecclesiasticae morem eidem indulgendum putavimus ut episcopalibus insignibus ornatus incederet. — Faxit Deus ut caeteri omnes, qui transfugam in defectione infausta sunt sequuti, ad castra Israel ultro redeuntem quantocius imitentur.

Interea vero dum ea spe nitimur, gratulandum Nobis est quod diuturno certamine consopito, catholicus Armeniorum coetus ejusque Patriarcha legitimus, pacem nacti cum dignitate, in possessionem jurium suorum ab Imperiali Gubernio Othomanico fuerint restituti. Qua de re meritas eidem Gubernio laudes conferimus, quod, agnitis semel adversariorum calumniis, ea libenter catholicis tribuerit, quae ipsorum jus et aequi Imperantis officium flagitabant, Hoc enim facto manifesto significavit, certum sibi ac destinatum esse, omnia fideliter exequi quae de libero catholici cultus exercitio in Othomanica ditione tuendo, in publicis pactis conventis cum potentissimis Europae gentibus anno superiore cauta et constituta fuerunt.

Pro his itaque, Venerabiles Fratres, quae feliciter evenerunt, immortali bonorum omnium Largitori Deo maximae agendae sunt gratiae, ab eoque suppliciter expetendum, ut eadem rata firmaque esse jubeat, novisque in dies provehat incrementis.

Haec habuimus quae Vobis hodierna die de Orientalium Ecclesiarum rebus breviter diceremus.

Nunc vero gratum est Nobis, Venerabiles Fratres, publicam exhibere significationem Nostrae dilectionis et studii erga amplissimum Ordinem Vestrum, quem ab initio Nostri Pontificatus carissimum Nobis esse, ac praecipua semper in existimatione apud Nos fore declaravimus, Praeclarissimos enim et probatissimos viros hodie in Collegium Vestrum adlegere constituimus, quorum alii magna praestantia zeli, consilii, solertiae in pastoralibus muneribus gerendis, in animarum salute curanda, ac in Ecclesiae doctrina et juribus tum publicis scriptis, tum verbi ministerio tuendis; alii magna commendatione scientiae et illustri fama, quam sive in docendi munere, sive nobilibus editis ingenii sui monumentis adep-

ti sunt; omnes demum immota fide erga hanc Apostolicam Sedem, exantlatis pro Ecclesia laboribus, et egregiis meritis sacerdotalis virtutis et constantiae, multis argumentis spectatae et cognitae, sese dignos omnino exhibuerunt, ut sublimis honoris Vestri titulo et insignibus honestarentur. — Hi sunt

Fridericus Lantgravius de Fürstenberg, Archiepiscopus Olomucensis
Julianus Florianus Desprez, Archiepiscopus Tolosanus et Narbonensis
Ludovicus Haynald, Archiepiscopus Colocensis et Cacsiensis
Ludovicus Franciscus Pie, Episcopus Pictaviensis
Americus Ferreira dos Santos Silva, Episcopus Portugalliensis
Cajetanus Alimonda, Episcopus Albinganensis
Joannes Newman, Presbyter Philippianus e Congregatione Birmingamiensi
Josephus Hergenröther, Antistes Pontificiae Nostrae domus, Doctor in Academia Herbipolensi
Thomas Zigliara, Sodalis Ordinis Dominiciani, Rector Collegii S. Thomae Aquinatis de Urbe.

Horum autem in numerum adjicimus etiam germanum Fratrem Nostrum *Josephum Pecci*, Bibliothecae Nostrae Vaticanae vicario munere Praefectum, de quo hoc unum dicemus, Venerabiles Fratres, eum diuturno litterarum ac severiorum disciplinarum magisterio perfunctum, Nobisque intimo affectu devinctum, pari a Nobis caritate diligi; ejus vero electionis Vos, honestissimo judicio Vestro, concordibus atque humanissimis in ipsum studiis participes extitisse; de quo propterea, ut par esse intelligimus, gratum Vobis animum profitemur.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate itaque Omnipotentis Dei, Sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteros Cardinales

Fridericum Lantgravium de Fürstenberg
Julianum Florianum Desprez
Ludovicum Haynald
Ludovicum Franciscum Pie
Americum Ferreira dos Santos Silva
Cajetanum Alimonda

Diaconos vero

Josephum Pecci — Joannem Newman — Josephum Hergenröther — Thomam Zigliara.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 21. Maji 1879.

L. 2263.

Budowy i reperacye budynków plebańskich jeżeli w skutek takowych miałby dodatek do funduszu religijnego być zmniejszony lub wstrzymany, muszą być uprzednio do wiadomości i zezwolenia c. k. Namiest. lub Starostwa przedłożone.

Odnośnie do rozporządzenia c. k. Ministerstwa Wyznań z dnia 17. Września 1877 L. 15391. ogłoszonego przez Biskupi Konsystorz pod dniem 28. Listopada 1877. L. 5410. w kurendzie XXIII. z r. 1877. otrzymał Biskupi Konsystorz za pośrednictwem c. k. Namiestnictwa z dnia 2. Kwietnia 1879. L. 20033. świeże rozporządzenie c. k. Ministerstwa Wyznań z dnia 3. Kwietnia 1879. L. 4918. modyfikujące wyż wspomniane rozporządzenie, które w tekście oryginalnym do wiadomości i zastósowania się tutaj umieszcza:

«Abschrift eines Erlaßes des h. k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht dtto 3. April 1879. Zl. 4418. — an den Herrn k. k. Statthalter für Galizien.

Auf Grund der Bestimmung des §. 6. des Gesetzes vom 7. Mai 1874. R. G. Bl. Nr. 51. finde ich im Einvernehmen mit dem Herrn Finanzminister zu verordnen, wie folgt:

Bauführungen, auf Grund deren ein Anspruch auf Herabminderung des Religionsfondsbeitrages im Sinne der §§. 11. und 12. des Gesetzes vom 7. Mai 1874. N. 51. R. G. Bl., dann der §§. 4, 9. alin. 5. und 34, der Ministerialverordnung vom 25. März 1875. R. G. Bl. Nr. 39. gestellt werden soll, sind vor der Inangriffnahme der zur Bemessung des Beitrages zuständigen Landes-Behörde, in Fällen dringlicher Art aber der politischen Bezirksbehörde, in deren Sprengel das Bauobjekt liegt, zur Genehmigung anzuzeigen.

Ausgenommen hievon sind nur jene Baufälle, in denen nachgewiesen werden kann, daß die Nothwendigkeit des Baues und die Kostenziffer bereits durch ein anderweitiges behördliches Erkenntniß festgestellt worden ist.

In diesem Falle verbleibt es hinsichtlich der Frist zur Anzeige bei der Ministerial-Verordnung vom 4. Jänner 1878. R. G. Bl. N. 7. — Die Landes- resp. Die politische Bezirksbehörde hat die Genehmigung nur dann auszusprechen, wenn die Bauführung zur Erhaltung der Vermögenssubstanz oder zum rationellen Betriebe der Wirthschaft erforderlich erscheint. Ist dieselbe durch ein Verschulden des beitragspflichtigen Subjektes nothwendig geworden, so hat die Genehmigung nur mit dem Vorbehalte zu erfolgen, daß für dieselbe in erster Linie das freie Einkommen des schuldtragenden kirchlichen Besitzers aufzukommen hat.

In allen Fällen, wo durch die Genehmigung eine Abschreibung an dem gesetzlich bemessenen Religionsfondsbeitrage herbeigeführt werden kann, welche die in dem Ministerial-Erlaße vom 4. Dezember 1878. Zl. 18526. bezeichnete Summe von 200 fl. übersteigt, sind die Akten vor der Genehmigung, in dringenden Fällen aber unmittelbar nach derselben dem Ministerium für Cultus und Unterricht zur Entscheidung vorzulegen.

Wurde die Genehmigung nicht erwirkt, so geht dadurch jeder Anspruch auf Berücksichtigung des betreffenden Aufwandes bei Bemessung des Religionsfondsbeitrages verloren.

Hiedurch erfährt der Ministerial=Erlaß vom 17. September 1877 Z. 15398. (kundgemacht mit dem Statthalterei Erlaße vom 18. November 1877. Zl. 47954.) die entsprechende Modifikation.

Von vorstehender Verordnung, deren Einschaltung in das Reichsgesetzblatt gleichzeitig veranlaßt wird, ersuche ich, die dortländigen Ordinariate und die Baubehörden in Kenntniß zu setzen. D. u. s.»

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 1. Maja 1879.

L. 2371.

Wezwanie do zbierania dat i wiadomości odnoszących się do historycznych budowli kościelnych, tudzież pomników i zabytków sztuki potrzebujących opieki konserwatorskiéj.

Pan Antoni Schneider, c. k. zastępca konserwatora zabytków archeologicznych dla Galicyi wschodniéj we Lwowie, prosi o nadesłanie potrzebnych dat i wiadomości, odnoszących się do historycznych budowli kościelnych, dotąd jeszcze nie zniszczonych pomników i zabytków sztuki, jak niemniéj sprzętów, malowideł, dzwonów, portretów i t. p. przedmiotów kościelnych, potrzebujących opieki konserwatorskiéj.

Wzywa się tedy Wielebne duchowieństwo dyecezalne, ażeby się zebraniem odnośnych dat i wiadomości bezwłocznie zająć zechciało, i takowe w miarę możności Biskupiemu Konsystorzowi nadesłało.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 16. Maja 1879.

N. 2551.

Libellus Erasmi Brzeziński de noxiis effectibus herbae Nicotianae interdicitur.

In libello Varsoviae 1878. per Crasmum Brzeziński de noxiis effectibus herbae Nicotianae edito, occurrunt de haeresi manifesta, contra fidei catholicae fundamentales articulos utpote existentiam et immortalitatem animae negantes expressiones (folio 48) Excitamus attentionem Vestram et zelum provocamus, ut parochianos vel a lectione hujus opusculi arceat, vel si lectione jam ejusmodi pernicies haeretica dilataretur, sana doctrina de meliori edoceantur.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 15. Maji 1879.

L. 415 ex 1878.

Wykaz rzeczy sprawionych i podjętych reparacyj przy kościele parafialnym w **Cięcinie** za staraniem się ks. Proboszcza Karola Wencelisa.

1. Sztandar zielony sukienny z kasy bractwa Różańcowego za 42 złr. w. a. 2. Obraz Narodzenia P. N. J. Ch. w ramkach za 21 złr. 3. Pewna osoba ofiarowała na wiel-

ki ołtarz 6 bukietów na świéce robionych z włóczki za 6 złr. druga osoba 4 bukiety i piękny biały jedwabny obrus w dwóch rzędach złotem obszyty frandzlami w wartości 20 złr. 4. Haftowane nowe umbraculum za 18 złr. pleban dał nań 5 złr. 5. Pewna osoba darowała białe kwiatami haftowane dwie poduszki w wartości 10 złr. 6. Agnieszka Jurasz ofiarowała na ołtarz św. Anny obrus haftowany w wartości 12 złr. 7. Pokryto do połowy wieżę kościelną, nawę kościoła, niemniéj téż plebanią od strony zachodniéj przez konkurencyą za 207 złr. 46 cnt. 8. Pokryto budynek szkolny i organistówkę, przedsięwzięto wewnątrz potrzebne reparacye: podłogi, okien, pieców za 170 złr. przez konkurencyą. 9. Nabyto dwa obrazy do noszenia na obchodach za 78 złr. pleban dał na nie 15 złr. Ogród naprzeciwko cmentarza pleban za swego dał ogrodzić za 24 złr. 12. Szopę na bydło, chlewy i komorę na magiel świeżo wydylować dał pleban ze swego za 19 złr. 12 cnt. 13. Dwie komże dla księży i 4 dla chłopców kosztem plebana sprawiono za 8 złr. 55 cnt. 14. Józef Pytel gospodarz z Cięciny podarował obrus biały wyszywany spodkiem włóczką za 10 złr. 15. Maryanna Ryżka ofiarowała obrus biały za 2 złr. 40 cnt. 16. Czarne płótno do grobu św., plebana kosztem 4 złr. 38 cnt. 17. Pleban dał miechy kościelne poprawić za 4 złr. 24 cnt. 18. Ze składki wystawił pleban krzyż cmentarny kamienny z wizerunkiem P. J. żelaznym pozłacanym w wartości 117 złr. 27 cnt 19. Sprawiono nowe stacye za 396 złr. na które dał cech Przemienienia P. 100 złr. bractwo Różańca św. 100 złr. a Franciszek Mieszczak gospodarz z Cięciny 196 złr. 20. Nabył pleban welum białe złotem haftowane za 15 złr. 21. Pleban dał kosztem swoim zrobić nowy kocioł do święcenia wody za 3 złr. 22. Kosztem plebana poprawiono dwa mszały za 3 złr. 23. Trzy zasłony na okna potrzebne podczas wielkiego tygodnia sprawił pleban za 3 złr. 42 cnt. 24. Pleban dał ze swego ogrodzić płotem ogród (łąkę) za 21 złr. 47 cnt. 25. Drogą konkurencyi wystawiono nową wikaryjkę za 1175 złr. 26. Franciszek Mieszczak gospodarz kosztem swoim dał cały kościół wybielić za 40 złr. 27. Pewna osoba ofiarowała dwie czerwonosukienne poduszki w wartości 13 złr. 28. Ze składki 6 nowych okien do kościoła zrobiono w wartości 51 złr. 82 cnt. pleban przyczynił się 5 złr. 29. Pleban dał 5 krzyżów odnowić w kościele za 10 złr. 30. Franciszek Mieszczak dał figurę zmartwychwstałego Zbawiciela odnowić za 4 złr. 70 cnt. 31. Plebana kosztem, dwie drabiny na wieżę zrobiono za 3 złr. 32. Franciszek Mieszczak sprawił obraz Matki B. za 30 złr. bractwo Różańcowe dwa obrazy do kościoła za 88 złr. 33. Dwie chorągiewki sukienne czerwone sprawiono za 26 złr. 74 cnt. bractwo Różańcowe dało na nie 14 złr. 74 cnt. a Michał Kania gospodarz z Cięciny 12 złr. 34. Franciszek Mieszczak dał ołtarzowy obraz M. B. Częstochowskiéj odnowić za 60 złr. kupił obraz św. Floryana dla kościoła za 10 złr. i obraz M. B. za 12 złr. 35. Pokryto plebanią od wschodniéj strony za 160 złr. 36. Przez składkę odnowiono trzy chorągwie krzyżowe i zapłacono za nie 67 złr. 75 cnt. 37. 6 ręczników i 6 purifikatorzy sprawił pleban za 2 złr. 35 cnt. 38. Kosztem plebana nabyto kadzielnicę wraz z łódką ze srebra chińskiego za 19 złr. 29 cnt. 39. Cech św. Anny sprawił sztandar sukienny żółtopomarańczowego koloru za 68 złr. 70 cnt. 40. Pleban kupił stułę czerwoną za 3 złr. 41. Brandys Jędrzéj z Cięciny białą stułę za 3 złr. 42. Kosztem plebana poprawiono dachy na budynkach gospodarczych za 13 złr. 65 cnt. 43. Biały ornat kosztem plebana poprawiono za 3 złr. 85 cnt. 44. Kosztem plebana 4 pokoje wraz ze sienią wymalowano i piece postawiono nowe za 48 złr. 45. Za staraniem się Ks. Walentego Dziadkowca byłego wikarego w Cięcinie ze składek nabyto białą kapę i biały ornat za 123 złr. 48 cnt. 46. Nowy lampiarz przed wielki ołtarz, drugi przed ołtarz M. B. Częstochowskiéj kupiono za 121. złr. 56. cnt. na któreto bractwo Różańcowe dało 100 złr. pleban 21 złr. 56 cnt. 47. Cech Przemie-

nienia Pańskiego sprawił lampiarz za 36 złr 27 cnt. 48. Cech św. Anny kupił téż lampiarz za 36 złr. 27 cnt. 49. Franciszek Mieszczak gospodarz z Cięciny podarował przed ołtarz św. Barbary lampiarz za 47 złr. 30 cnt. lampiarze te są z chińskiego srebra. 50. Odnowiono konfesyonały, szafy w zakrystyi i komodę, drzwi przy zakrystyi i bramę kościelną za 37 złr. 40 cnt. pleban dał na to 5 złr. 51. Cech św. Anny dwie poduszki a cech Przemienienia Pańskiego też dwie duże poduszki na ołtarz, sukienne srebrem wyszywane sprawiły za 27 złr. 62 cnt. 52. Kapę białą dał pleban naprawić za 2 złr. 53. Kosztem plebana nabyto piękną albę za 9 złr. 89 cnt. 54. Plebana kosztem nabyto mszał żałobny oprawny za 4 złr. 18 cnt. 55. Biały ornat nowożeńcy sprawili za 15 złr. 60 cnt. 56. Pacyfikał z chińskiego srebra kupiono za 11 złr. 57. Organ wystrojono i zreperowano, 3 miechy całkiem świeżo wyklejono drogą konkurencyi za 106 złr. pleban przez 2 miesięcy chował Orgamistrza bezpłatnie. 58. Wieżę kościelną, zakrystyi północną część pokryto i podłogę nową w zakrystyi dawano co drogą konkurencyi zrobiono za 264 złr. 70 cnt. 59. Plebana kosztem nabyto jednę albę, dwie komeżki dla chłopców i jednę dla księży za 15 złr. 60. Sprawiono 4 dywaniki na gradusy 4 ołtarzy przy obchodach Bożego Ciała potrzebnych za 29 złr. 40 cnt. na które cechy i bractwo po jednym na siebie przyjęły a pleban téż jeden 61. Kosztem plebana nowy płot przy ogrodzie wystawiono za 13 złr. 87 cnt. Razem to uczyni wydatek 4061 złr. 63 cnt.

Z Urzędu parafialnego, Cięcina dnia 18. Września 1877.

Piis ad aram suffragiis commendatur

N. 3036. Anima A. R. **Joannes Cantii Wańczyk**, Parochi in Słopnice, qui die 31. Maji 1879. anno aetatis 73. sac. 42. repertina morte e vivis sublatus est.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

N. 2363. R. D. *Boleslaus Gruszczyński*, Coop. in Lanckorona, translatus est ad Czermin.
N. 2819 A. R. *Andreas Bobek*, Curat. Głogoczów, institutus 24. Maji pro beneficio curato in Klecza.
N. 2614. R. D. *Thomas Siemek*, Coop. in Szczurowa, constit. Administrator spirit. in Tymowa.
N. 2979. R. D. *Jacobus Chalcarz*, Coop. Wadowic. translatus est ad Siepraw.
N. „ R. D. *Joannes Kwiatkowski*, Coop. in Straszęcin, ad Wadowice.
N. 3049. A. R. *Joannes Zieliński*, Par. in Tymowa, instit. canon. 4. Junii pro benef. curato in Milówka.
„ R. D. *Thomas Ciszek*, Admin. spir. in Milówka, mansit qua Cooperator in Milówka.
„ R. D. *Josephus Kuziński*, Coop. in Milówka, translatus est ad Kenty.
N. 3125. R. D. *Petrus Lewandowski*, Administ. institutus 7. Junii pro Gromnik.
N. 133/præs. A. R. *Anton. Karnasiewicz*, Catechet. gimn. in Bochnia, obtinuit usum Expositorio canonicalis
N. 136/præs. A. R. *Joannes Fiedor*, Par. in Droginia, obtinuit Exposit. canonicale.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 10. Junii 1879.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1879. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.